



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

XII. De Qvodam Pvero curato.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

offerret, & muto prius ore Missam, à Sacerdote deponeret celebrari, oculoq; recepto lætissime remearit ad propria cum amicis.

DE CONTRACTA CV-

rata.

XI.

**S**ED cum gratias etiam postmodum Domino redditura, sepulchrum Sancti frequentius visitaret, puella quædam allata est, cuius manus contracta erat omnino. Quam manum cum mulier ante dicta tumulo confessoris imposuisset, astantibus fratribus & orantibus pro eadem puella, clamans, OCH, integra sanitate recepta, in momento in ictu oculi manum ante contractam extendens, ouum quod casu in tumba iacebat, puerili more attraxit, iocunditatem & exultationem risumq; excutiens vniuersis.

DE QVODAM PVERO

curato.

XII.

**A**LIVS quidam puer, carne scæda in inferiori palpebra succrescente, turpem faciem præferbat. Quam carnem cum medici & chirurgici dicerent resecandam, amici maius periculum metuentes, consilio saniori, Deo & seruo eius deferendum puerum sponponderunt. cumq; mane iter arripere surrexissent, misericordia præuenerat iã fideles, carnemq; abstractam penitus inuenerunt; in patrata rei signum, sanguinea tantum macula remanente. Qui beneficio Domini nõ ingrati, votum deuotè soluentes ad tumbam sancti puerum adduxerunt, narrantes laudes Domini & virtutes eius fratribus vniuersis.

DB